



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Mortificationem viri iusti esse Deo grati  imam. Cap. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

tus compareat. Sicut enim qui diuitias congregat, parua non despiceret, sed obolos etiam, & minima quaque coaceruat; ex quibus multiplicatis solet magnus thesaurus conflari; ita qui virtute dives esse gestis, in omnibus se abneget, & minimas quoque se mortificandi occasiones fuscipiat, ut magna congerat virtutis augmenta. Modica scilicet detracatio non modicum afferit mensis detrimentum. Sic modica propriae abnegationis praetermissio, quae seminis vicem obtinet, non parium afferit profectus spiritualis iacturam. Et quidem Dominus magna solet his dona negare, qui vel in modicis siam mortificationem negligunt, & cor a mundi cupiditatibus elongare contemnunt. Nam dona, ut sine dona, nequaquam debita sunt. Non autem mirum, si ei, qui parcus est in minoribus, quo satis se patrum amoris habere demonstrat, id quod non est debitum, denegetur. Mortificationi ergo nostrae totis viribus intendamus, ne amabili, propter quem omnia demisimus, fine frustremur. Cuique statui sua refectio conuenit, & infantibus late opus est, at perfectos viros magis solidus cibis delectat. Sicut autem futurae vite, cuius causa laboramus, perpetua delectatio & eterna fructus, cibus est, ita praefente vitam non delectatio, sed mortificatione sustentat. In cuius signum Deus primis nostris parentibus arborem scientie boni & mali interdixit, lignum vero vita concessit. Et nobis ergo ad sumendum cibum non alia, quam arbor vite conceditur. Hæc autem, ut inquit Ambrosius, crux est Christi, ex qua si ponam abnegationis accipiamus, & a prauis nostris affectibus fugiamus, certissime in perpetuum viuemus. Putent insani homines, & iuxta legem carnis viventes, quod nos mortificatione perimit, quia ad horam carnem nonnullo pallore afficit, & nos modestia seruientes a laudibus humanis abscondit; putent, inquam, hoc nam certum est quod ipsi falluntur, & nos mortificatione non morimur, sed viuimus; non quoad aliquid bonum, sed quoad detestabile, inordinatumque perimus. Putabant Aegypti quia filii Israël essent observatione circumcisio- nis, & sanguinis effusione morituri, at contrac- didit: nam observatione precepti non attulit illis mortem, sed vitam. In cuius attestacionem dixit illis post circumcisionem Dominus: Hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis. ] Ac si diceret: Certe vidi- sis, quia fiscato Iordan in hanc regionem transi- uistis, & terram vobis promissam occupatis, & in ea tanquam in terra vobis pacifica circumcisisti, & per tres dies sine ullo timore, donec sanaremini, queuisisti: non ergo ad mortem eduxi vos ex Aegypto, ut vestri oppressores dicebant, sed vt liberi & le- cuti vitteretis. Ita & a nobis spiritalem circumcisionem id est, mortificationem colenibus, in mundi op- probrium auferetur quia mundani videbunt nos per abnegationem nullo modo vitam perdidisse, sed vi- tam carnalem, & Deo inuisam pro vita spirituali & Deo grata communuisse.

*Mortificationem viri iusti esse Deo  
gratissimam.*

CAPUT V.

**S**I mortificatio nobis necessaria est, con- stat eam Deo esse gratissimam, quem, ut amatorē humani generis, omnia nostra bona delectant. Pater enim filii habens dilectissimum morbo grauiissimo labo- rantem, & extrellum spiritum agentem, anidissime cupit, & querit medicinā, quā illū, quem vnicē amat,

A in tanto discrimine constituto subueniat: inuentani maximo etiam pretio mercatur, & omnibus suis bo- nis praefert, tanquam vitam filio dilectissimo, & salu- tem allaturam. Deus autem Pater noster est; pater utique misericordiarum, & Deus totius consolacionis, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem viam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. ] Et nos filii eius sumus, qui per Christum accepimus potestatem, filios Dei fieri; sed filii agroti & infirmi, quos si gratia, ac participatio diuinæ perfectionis viuificat, at morbus somnis, & peruerforum appetitum excruciat. Signati sumus in illo filio mulieris matris familiæ, cuius erat languor fortissimus, ] quia ardentissima concupiscentiarum febre languens. Sed medicina hiūus ægritudinis, ut supra diximus, mortificatio est, quæ vulneribus nostris medetur, tumores pellit, & animum salutem restituat. Hanc ergo paternoster celestis magni astimabit, & si nos eam animosè acceperimus, gratissimum obsequium habebit. Voluntas nostra rem insuare oris admouere recusat; sed si eam vicerimus, & propter amorem Patris & Dei nostri amaram potionem abnegationis acceperimus, obsequium ei acceptissimum exhibebimus. Nihil enim, ut Ricardus Victoria ait, ita flagrat Domino in odorem suavitatis, quam si maectetur ei vitulus propriæ voluntatis. Sed quam accepimus erit hic voluntatis proprie vitulus, si illum in amplectenda mortificatione tam nobis ne- cessaria maectemus, & si dum perpetuo nos colibemus, cum in iuge sacrificium conuertamus.

C Est autem hoc loco quid admirabile, & interioris hominis palato suave, in quo quam gratum sit Domino, quod nobis imperemus, satis elucet. Nam quemadmodum si parvulus filius vi imbecillitatis oppressus cibum salutarem auerteret, qui simul sic in orbi medicina, solet pater primogenito filio, & vxori, & famulis imperare, ut cibum illum in conspe- ctu egrotantis gustent, & laudent, quo ab illo metum auferat, eumque ad gustandum alliciat: ita Dominus vere pater hominis infirmi, quem saluare desiderat, cibum mortificationis maioris filio, & vxori, & dome- sticis suis gustandum obtulit, ut homo imperfectus tot exemplis prouocatus, ad illum cibum sumendum assurgat. Annon Christus Filius est æterni Patris? Et

D quidem filius primogenitus, & non quemadmodum nos adoptione, sed natura: de quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ] At ipse, ut Patris voluntatem impletat, quid ait? Calicem ini- quit, salutaris accipiam, & potum scilicet passionis & crucis, in qua me sacrificabo hostiam landis. Nec contentus accipere, potum etiam crucis laudat, ne nos bibere vereamur, & dicit: Calix meus mebris quam præclarus est! ] Annon Ecclesia vxore est Dei? Et sancte, illa de qua David ecclit: Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. ] Sed illa ab ipso sua conditionis exordio, Deo ita ordinante, calicem laborum bibit, & persecutionem passa est. Quod & ipsa vitis simili tudo demonstrat. Nam sicut vitis putanda est, ut fructus suaissimos ferat: ita & Ecclesia pressuras, & afflictiones subire debet, ut abunde fructificeret. Audi ipsam persecutionem su- stinentem, & calicem doloris bibentem: Filij ma- tris meæ pugnauerunt contra me. ] Quia Iudei, ut Bernardus exponit, filii Synagoge, ex qua principiū Ecclesiam principio in capite, & progressu temporis, in membris persecutionem excitarunt. Persecutionem autem à Iudeis ceptam gentes roborare perficie- runt, & heretici continuare non cessant, ut semper calicem doloris bibat, & tribulationem patiatur.

1. Cor. 1.  
3.  
1. Petr. 1.  
3.  
12. Ioan.  
1.12.

3. Reg. 17.  
17.

Ricar. in  
Psal. 28.  
in illud:  
Et com-  
minuet  
ut virtu-  
lum Li-  
bani, &c.

Mate. 17.

Psal. 149.

1. Psal. 149.

2. Psal. 149.

3. Psal. 149.

4. Psal. 149.

5. Psal. 149.

6. Psal. 149.

7. Psal. 149.

8. Psal. 149.

9. Psal. 149.

10. Psal. 149.

11. Psal. 149.

12. Psal. 149.

13. Psal. 149.

14. Psal. 149.

15. Psal. 149.

16. Psal. 149.

17. Psal. 149.

18. Psal. 149.

19. Psal. 149.

20. Psal. 149.

21. Psal. 149.

22. Psal. 149.

23. Psal. 149.

24. Psal. 149.

25. Psal. 149.

26. Psal. 149.

27. Psal. 149.

28. Psal. 149.

29. Psal. 149.

30. Psal. 149.

31. Psal. 149.

32. Psal. 149.

33. Psal. 149.

34. Psal. 149.

35. Psal. 149.

36. Psal. 149.

37. Psal. 149.

38. Psal. 149.

Audi & calicem laudantem. Conuersa enim ad Sponsum ait: Dabo tibi poculum ex vino cōditum, & mustum malorum granatorum meorum. ] Est ac si diceret coram agro filio, ut eum ad bibendum excitet: O sponsa, tam suave, ac dulce est poculum malorum granatorum meorum, id est, vt Gregorius, & Rupertus volunt, persecutionum, quas patior, ut illud constituta tibi ipsi porrigeret: non iam ut bibas, qui in passibiliis in gloria sedes, sed ut in odorem suavitatis accipias. Annon tandem sancti serui sunt Domini? Et sine ulla dubitatione sati fideles & prudentes, quorum alios constituit super familiam suam, ut illi cibum prædicationis darent in tempore: alios verò hoc cibo refectos in suo obsequio strenuos, & diligentes inuenient. Sed hi mortificationis calicem bibendum accepunt. Ostendisti, inquit, populo tuo dura; portasti nos vino compunctionis. Dediti merentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. ] Considera iustorum populum, qui in Osea vocati sunt filii Dei viventis, & eos omnes sanguine rubricatos, id est, mortificatione & laboribus probatos aspices. Hoc signum datum est illis, quod fugerunt à facie arcus, & iram ob pristina peccata commeritam declinarunt, qui certum est hic sufficienter punitos non in poenam, sed in præmium referuant. Landant & illi calicem, qui diuini amoris participes, cum Paulo Dei amatore gaudente in passionibus, superabundantè gaudio in tribulationibus, & ipsi in passioni, & afflictionibus gaudet, ut se dulcem spiritui calicem acceperisse testentur. Omnibus igitur dilectis suis Deus mortificationis, seu afflictionis calicem propinat, ut nos tantis exemplis ille eti minimè illum auferemur. Ex quo etiam discimus quām grata est illi nostra mortificatione, ad cuius studium nos verbis suis, & instictibus, & promissionibus, & exemplis Christi, & Sanctorum accedit.

Si itaque iusti detestatione præteriorum peccatorum venumque perfundi, ulterius procedant, & à latere consolationum terrenarum se studio mortificationis abducant, latetur Dominus non aliter, quām pater amansissimus, qui, nato sibi filio, cupit videre illum ab uberioribus nutricias auulum, adulorū pane sustentari. Creuit puer Isaac, & ablatus est, fecitque Abramam grande coniuuium in die ablactationis eius. ] Consule Augustinum, & Ambrosium, & ab illis huius historiae moralem intelligentiam pete. Ille enim pater multarum gemitum Deum patrem omnium iustorum, & filius Isaac ablatus vitum iustum significat. In die natalis eius serui latentur, & gaudentia sit Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente: ] patris verò nulla tunc scribarur latitia, qui filii sibi nati perseuerantiam expectat. At tempore ablactationis cum iam natus pericula pullorum excedit, & signa ostendit maioris ætatis, tunc pater edat signa latitiae. Monstret se maximè in ablactato gaudere, & in nostra mortificatione lateti. Non sanè quia nostra lacrymæ, & nostri dolores, quatenus dolores sunt, illi placeant, sed quia eum noster profectus abnegatione conquisitus plenè latifacit. Vel dicamus, quod in conversione peccatoris coniuuium institutur, quia Dominus gratiam haber conuersiōnem: at in ablactatione iusti non iam coniuuium venumque, sed grande coniuuium preparatur, quia abnegationem, signum adulorū, & fortioris ætatis, multo gratorem habet. Ad quam si quis post conversionem non veniat, sed in suorum affectuum imperfectione, & in suorum desideriorum luto permaneat, cum parvulus, & imperfectus illa Pauli increpatione mulcetur: Lac vobis potum dedi, non escam: non-

dum enim poteratis; sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. ] Carnalis adhuc est, qui diaboli, & peccati fauibus ereptus, desideriis & affectibus carnis adhaeret: partulus est, qui putat se absque abnegatione posse vivere, & sine circumciōne cordis in populo Dei, atque in iustorum numero posse perfidere. Cui lac, id est, minus perfecta doctrina, quā ad initia spiritualis vita perrinet, ingerenda est, & rerum sublimiorum communicatio deneganda.

Hoc abnegationis studium velut sibi gratissimum Dominus in iustis querit, ut illos non iam quacumque amicitia, sed arctissima familiaritate dignos ad coniuuium cœlestium consolacionum admittat. Vult ipse prius ad epulas nostras sibi suauissimas inuitari, ut postea nos ad epulas suas vicissim inuitemus. Epule nostra quibus pascimur, quibus spiritu crescimus, quibus in virtute sustentamur, opera abnegationis & virtutum actiones sunt. Abnegationis opera sunt panes illi lacrymarum, quibus iusti cibantur, & panes illi hordeacei, quibus in deserto huius vita reficiuntur, ne deficiant in via: qui licet atti & duri, at in via deserti sunt reficiendis animabus aptissimi, quoniam putredini, & rubigini propriæ voluntatis obſistunt. Actiones verò virtutum sunt tres illi panes veritatis, charitatis, & fortitudinis, ut Bernardus exponit, quos ante amicum nostrum Christum apponimus, ut illum ad nos diuertentem reficiamus. Ad hoc coniuuium ipse libentissime vocatus venit, & nostris epulis pastus nos postea ad suum coniuuium, & benedictionem admittit. Vtrumque in canticis canticorum expreſsum inuenio. Veni, inquit, sponsus, (nam de se loquitur) in hortum meum, o solitor mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatis meis: comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. ] Hortus sponsi mens sponsæ, quæ inflat horti virē, florē, & olet. Ex hoc horto myrrham & aromata, id est, opera mortificationis, & virtutum actus legit. In eo eriam horto non mel purum, sed fauum cum melle comedit, & non lac solum, sed lac, & vinum bibit, quia cibus, & potus à nobis oblatus, qui illi sapient, debet mortificatione, & virtutum suauitate constare. Cognoscamus, inquit Ambrosius, quos fructus, & cibos epuleret Deus, quibus delectetur. Delestatur eo, si quis mortificet peccatum suum, oblitteret culpam suam, & peliat atque obolefaciat iniquitates suas. ] Myrrham autem suam, & aromata sua; & fauum cum melle suum, & vinum, & lac suum vocat, quia ad mortificationis, & virtutum opera grata sponsi excitat, gratia adiuvat, & imbecillitas nostra sola ad illa præstanta non sufficit. Iam his epulis sponsus iunctissime satiatus, in signum gratiæ animi nos statim ad epulas cœlestes inuitat. Comedite amici, ait, & bibite: & inebriamini charissimi. Quosdam ad cibum & potum, alios verò ad sobrium, & castam ebrietatem vocat. Illi sunt iusti, qui se venumque abnegant, qui mediocriter virtutis studia sectantur, quos spiritualis cibus, & potus, id est, aliqua diuina consolatio sustentat. Iste sunt viri perfecti, qui se feruenter abnegant, & diligenter in virtutes incumbunt, quos cœlestis quædam ebrias, id est, nimia quædam, & nostrum captum superans abundantia diuinæ consolationis absorbet. Vel si haec ad omnes referamus, tria, quæ à nobis accepit, tripli beneficio repensat. Messuit myrrham cum aromatis, comedit fauum cum melle, bibit vinum cum lacte. In præmium horum trium, & ut sibi quām gratissima profiteatur, tria nobis

cibum,

Cant. 8.  
2.Greg. ibi.  
Ruper. 11.  
7. in Cat.Psal. 59.  
3. 4.Osea 1.  
10.Coloff. 1.  
24.Genes. 2.  
8.Ang. lib.  
qq. in Ge-  
nes. q. 50.  
tom. 4.Amb. lib.  
1. de A-  
braham.  
c. 7.Luc. 15.  
10.1. Cor. 3.  
2.Luc. 11.  
6.Cant. 5.  
1.Ambr. in  
Cant. ad  
cap. 5.

Ibid.

Ber. trist.  
de dili-  
gendo Dao-  
louge &  
re fia.

Gen. 27,  
27.

Greg. bō.  
6. in E-  
zechi. an-  
te mediū.

Isa. 58.  
13. 14.

cibum, potum, ebrietatemq; promittit. Quid autem  
hac fint, accipe ex Bernardo. Laborantes in corpore  
vocat ad cibam: iam posito corpore quiescentes ad  
potum inuitat; resumentes corpora, etiam ut ine-  
briantur, impellit. ] Felix plane nostra mortificatio,  
quam Dominus sic acceptam habet, ut & in hac vita,  
& in futura tam magnis premis afficiat.

In hac vita cibus laborantibus, & suas voluntates  
abnegantibus datur, quem illa benedictione Patriar-  
chae Ilaac signatum existimo. Hic enim cum obla-  
tos à Iacob cibos comedisset, & hausto vino eius  
osculum expertus est, ad benedictionem procedens,  
dixit: Det tibi Deus de rōe cœli, & de pinguedine  
terra abundantiam frumenti & vini. ] Animaduerit  
ordinem: primum cibos à Sara paratos, & à Iacob  
oblatos manducauit, deinde osculum postulauit, po-  
strem benedictionem impetravit. In Isaac Christum  
intellige, in Iacob verò maioris fratris benedictionem  
præteripere gestiente, mentes humiles, qui superbos, &  
tepidos vacuos relinquunt, mili confidera: in Sara  
aut Ecclesiam aut religiosam congregationem medita-  
re, quæ dilecto filio, id est, humili, ac feruile iusto  
monita salutis infundit. Postquam ergo hic à matre  
edoctus, Christo cōuiuum fecit, quod iam diximus,  
& abnegationis ac virtutum opera ministravit, ad  
osculum magnæ dilectionis signum admittitur, & in  
primum suæ abnegationis luce ad cōtemplandum,  
& gratia ad perfectè viendum roboratur. Ros enim,  
inquit Gregorius, desuper, & subtiliter cadit. Et tories  
de rōe cœli accepimus, quoties per infusionem con-  
templationis intima de supernis aliquid tenuiter vi-  
demus. Cùm verò bona opera etiam per corpus agi-  
mus, de terra pinguedine ditamus. ] Hoc ergo præ-  
mium abnegationis, sine villa dilatione in hac vita  
iusto datur, quo magis, ac magis suam virtutem au-  
geat, & extra in actione, & intus in consideratio-  
ne proficiat. In futura autem vita, his, qui se abne-  
garunt, non iam cibus, cuius communio aliquem  
laborem habet, sed potus sine vilo labore, id est,  
gustus diuina visionis offertur. Quem illis promi-  
lit Dominus per Isaiam, dum cuique illorum dicit:  
Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere volun-  
tatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatu-  
mum deciatum, & sanctum Domini gloriolum,  
& glorificaberis eum, dum non facis vias tuas, &  
non inuenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem.

Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te  
super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Ia-  
cob patris tui. ] Digna profeclæ tributio, ut qui  
trifitiati ex abnegatione suæ voluntatis, & lin-  
guæ, & sensuum expertus est, voluntatem sanctissimam  
ex Domini auctoritate sentiat: qui se mortificatione  
depressit, super omnia terrena, & visibilia ef-  
feratur: qui Dominum hinc ad suas epulas inuitauit,  
dum illi sui mortificationem, & virtutum actio-  
nes obtulit, ad possidendam hæreditatem Jacob,  
& gloriam sanguine Christi emptam, inuitetur. Sed  
cùm resumpti corporibus, in gaudium Domini intrabi-  
mus, tunc potus in ebrietatem transibit, quia  
gloria in corpora se diffundet, & non iam aliquid  
hominis, sed totum hominem illa diuina suavitatis  
occupabit. Tunc sensus cohibiti, dulcissimus, ac  
purissimus motibus exultabunt: tunc affectus re-  
presi sine villa imperfectione in immensum gaude-  
bunt: tunc corpus, quod in hoc sæculo incessit fa-  
me pallidum, flagis liquidum, cilicio oppressum,  
claritate, impassibilitate, & gloria donabitur. Ac-  
ceptissimam ergo, atque gratissimam habet Dominus  
abnegationem nostram, quam ut morborum  
nostrorum medicinam querit, ad quam sumen-

A dam tot modis nos allicit, quām ut epulum sibi  
suaquissimum concupiscit, & tam copiosa in animo,  
& corpore mercede rependit. Atque adeò si deside-  
rium huic creatori nostro placendi nos tangit, si  
amor proprij boni, & tam immissi boni nos pos-  
sideret, studium sanctæ mortificationis arripiamus,  
& preciſſione malorum, mentem ad bona pa-  
remus.

*Iustum ad dona cælestia mortificatio-  
ne parari.*

C A P V T VI.

**N**E quasi in transitu inuestigemus bona  
cælestia, quibus suscipiendis mortifica-  
tionem paramur, sed ex professo illa, ut  
nos descendant, consideremus. Ad quam  
inuestigationem operæ pretium est meminisse, vir-  
tutem ac perfectionem donum Dei esse, quo di-  
lectos, & electos suos in hac vita augēt, ut in futu-  
ra per omnem æternitatem duratura multiplicet.  
Habet autem se Dominus in huius doni largitione  
sicut prudentissimus & æquissimus rex, qui cupe-  
ret, & effigaciter decernet filium aliquius fidelis-  
simi serui sublimare. Nam prius curat, ut adoles-  
cents ille mores vilium hominum dedicas, & se  
consuetudinibus praus spoliet, & omne quod summa  
dignitati impedimento esse possit, abiiciat, ne  
dignitas malis moribus superposita, illi seruat ad  
ruinam. Ita omnino Dominus volens hominem  
ad perfectionem euhere, & donis cælestibus cu-  
mularie, prius conferit illi auxilia gratiæ, ad mor-  
tificationis opera, quibus vetustatem primi parentis  
exuat, & carnales affectus derelinquit, ut do-  
na illa amicissimæ reseruantur capiat non animus im-  
mortificatus, qui donis illis superbiat, sed impu-  
ris affectibus exutus, qui proficiat. Necesse est ergo  
ò homo, si vis perfectione vestiri, & ad inti-  
mam Dei familiaritatem admitti, ut mortifica-  
tions baculo sæculum à te repellas, & eius leges mi-  
nimè tuis affectibus dominari permittas. Sic Ba-  
naias filius Ioiada magnam dignitatem est aſequu-  
tus, de quo legimus: Quia descendit ad Ægyptum  
in virga, & extorſit hasta manu Ægyptij,  
& interfecit eum hasta sua. ] Cuius egregij facino-  
ris præmium fuit, quod fecit eum sibi David au-  
ricularium à secreto. O quanta latent in gestis,  
quæ Scriptura narrat, occulta mysteria, quibus au-  
tor Scripturæ Spiritus sanctus voluit sibi cortice  
litteræ inclusi, nostram ruditatem edocere! Æ-  
gyptius hic hasta pugnans, typus est seculi, quod  
affectibus humanis, & carne nostra aduersus nos  
vtens, ntitur victoriam reportare. Banaias vero,  
qui interpretatur filius Domini, imago est virti  
spiritualis & iusti, qui si velit secreta Domini sui,  
ac patris agnoscere, & cum eo de devotionis spiritu  
conuerfari, debet in virga, id est, in mortifica-  
tions spiritu ad pugnam cum Ægyptio proce-  
dere, ab eiusque manu suos affectus eripere, quibus  
moderatis & in suum dominum vindicatis, se vul-  
nererantem offendat, percutientemque percutiar.  
Hunc devotionis spiritum concipit sterilis anima,  
iam facta secunda, si suos sensus, & affectus mor-  
tificatione cohibeat, cuius etiam alia mystica san-  
ctorum litterarum interpretatio non deest. Ap-  
paruit enim Angelus Domini uxori Manue ste-  
rili, dixitque illi: Sterilis es, & absque liberis, sed

2. Reg. 23.  
21.

Indic. 13.